



## **DE DIE ROMAE NATALI**

*Romanum imperium a Romulo exordium habet, qui Rheae Silviae, Vestalis virginis, erat filius et - sicut tradunt fabulae - Martis. Inter pastores, cum Remo fratre, adolevit; deinde, octogesimum annum agens, exiguam in Palatino monte urbem constituit, quam ex nomine suo Romam vocavit, anno septingentesimo quinquagesimo tertio ante Christum natum.*

(Alma mater, 1933)

### **Esercizio**

**A) 1.** *Poetarum fabulae puellas delectabant.* - **2.** *Dominae epistulas, scribae, obsignate.* - **6.** *Dianae sagittae feras vulnerabant.* - **7.** *Fossarum aquam ranae turbant.* - **8.** *Minervae statuas, puella, orna.* - **9.** *Pugnas, Germaniae incolae, amabatis.* - **13.** *Nautarum audacia interdum piratas fugabat.* - **14.** *Dearum aras, filiae, honorate.* - **15.** *Merulae plantarum umbram amant.*

(Via Latina, 1957)

### **Neptunalia: feste in onore di Nettuno.**

*Antiqui populi varios deos colebant; Graeci et Romani non in unius dei ara, sed in multorum deum aris hostias immolabant. Dis et deabus, Infēris et Supēris, templa privata et publica dicabant; privata parva et decora, publica ampla, pretiosa superbaque erant. Aquarum dominus Neptunus, Saturni et Rheae filius, erat, sed amplum imperium cum Glaucō, cum Aeōlo, cum aliis dis cumque nymphis dividebat.*

(Tantucci, Urbis et orbis lingua, 1983)

**MEGADÒRVS** *Optima femina, da mihi manum tuam.*

**EVNOMIA** *Quid dicis, mi frater? quis est optima? feminam enim optimam non uideo. Dic mihi.*

**MEG.** *Tu optima es, soror mea: te optimam habeo.*

**EVN.** *Egone optima? tune me ita optimam habes?*

**MEG.** *Ita dico.*

**EVN.** *Ut tu me optimam habes feminam, ita ego te fratrem habeo optimum, da igitur mihi operam.*

**MEG.** *Opera mea tua est. Iube, soror optima, et mone: ego audio. Quid vis? Cur me ab aedibus ducis? dic mihi.*

**EVN.** *Mi frater, nunc tibi dico, uxorem non habes.*

**MEG.** *Ita est. Sed quid dicis?*

**EVN.** *Si uxorem non habes, non habes liberos. Sed uxores uiros semper curant seruantque et pulchri liberi monumenta pulchra uirorum sunt. Cur uxorem domum non statim ducis?*

**MEG.** *Perii, occīdi! Tace, soror. Quid dicis? quid vis? ego diues sum; uxores uirum diuitem pauperem statim faciunt.*

**EVN.** *Ut tu frater es optimus, ita ego femina sum optima, sororque optima tua. Te ita iubeo moneoque: duc domum uxorem!*


(Plauto, *Aulularia*, 185- sgg. Reading Latin, 1987)

*Hodierna urbs Brescia antiquitus vocabatur Brixia. In area histórica, inter parietinas urbis antiquae, est templum Capitolinum sive Capitólium, quod Vespasiànus anno 73 p.Chr.n. curàvit exstruendum. Hoc templum, sicut omnia triadis Capitolinae: Iovis, Iunónis et Minérvae.*

*In Brixiae area archaeológica, archaeólogi invenérunt pulchérrimas statuas aeneas témporis imperiàlis, sicut Victóriam alàtam. Hac statua fingitur Venus se ipsam spectans in Martis scuto.*

*Histórici putant eam urbi datam esse ab imperatóre Augusto, tempore quo Brixia ornata est titulo Colóniae Augústae. Eius nomen tum fuit Colònia Civica Augusta Brixia.*

(*Adulescens* N. 5 / 2022)



(*Donaldus Anas atque nox Saraceni* 1983)

*Cum Caesar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Aedui, alterius Sequani. Hi cum per se minus valerent, quod summa auctoritas antiquitus erat in Aeduis magna eorum erant clientelae, Germanos atque Ariovistum sibi adiunxerant eosque ad se magnis iacturis pollicitationibusque perduxerant.*

(*Caesaris De bello Gallico, I, XII*)